

que en los dobles menores, semidobles y octavas, ferias de cuaresma, adviento, cuatro témporas y vigilijs, bastan cuatro velas en el altar; y dos en en las fiestas simples y ferias *per annum*. En las festividades más solemnes deberán ponerse seis velas al ménos, aunque el Ceremonial nada dice. Si, pues, en las catedrales y colegiats, celebrando el obispo ó asistiendo á la funcion no se exige mayor número de velas para el augusto sacrificio de la misa que las indicadas, claro es que el párroco no comete irreverencia alguna ni falta á la rúbrica colocando solamente dos ó cuatro velas en los dias más solemnes; y aunque en este punto ha de tenerse muy en cuenta la costumbre y la solemnidad de la fiesta, no debe tampoco echarse en olvido los medios con que la Iglesia cuenta para el culto; porque sería una falta de prevision en el párroco y áun incurriría en responsabilidad ante su prelado, si por hacer en ciertos dias más gastos de los preeisos, careciese en los demás de lo absolutamente necesario para cubrir las atenciones parroquiales, lo cual no puede olvidarse en estos tiempos, puesto que las parroquias apénas cuentan con otros ingresos que los señalados por el Estado, y estos no se cobran con la regularidad que fuera de desear.

CAPÍTULO II.

Bendicion de los campos: bendicion de tierra sembrada ó plantada: bendicion de palomas, gallinas y demás aves domésticas: bendicion de caballos y otros animales: bendicion contra los gusanos, langostas, orugas y ratones: bendicion de caminos de hierro: bendicion de telégrafos.

Bendicion de los campos. La Iglesia de Jesucristo tiene establecidas ciertas preces para pedir al Señor separe de nosotros los males que nos amenazan, concediéndonos en su divina misericordia los bienes espirituales y temporales que le pedimos. En el Ritual romano se consignan las fórmulas que deben emplearse en ca-

adventus, quatuor temporum, et vigiliarum adhibentur: quibus quidem diebus sufficient in altari quatuor candelae in candelabris; sed in festis simplicibus, et feriis per annum duae. Eadem respectivo etiam in collegiatis observentur. Lib. I, cap. XII, núm. 24.

da uno de los casos de uso más comun y frecuente, siendo obligacion de los ministros de la Iglesia emplear las fórmulas establecidas por ella y no sustituirlas por otras no aprobadas; pero no todas las cosas que son objeto de bendicion tienen su fórmula en el Ritual y Pontifical romano, y por esto no deben reprobarse ciertas fórmulas no contenidas en dichos libros, si tienen por otra parte la conveniente aprobacion de quien corresponda. Así que Benedicto XIV, haciéndose cargo de la costumbre que existia en su diócesis de Bolonia, de hacer rogativas públicas por la conservacion de los frutos de la tierra, no solo en las rogativas mayores y menores correspondientes respectivamente al dia de san Márcos y á los tres dias que preceden á la Ascencion del Señor, sino tambien en los siguientes hasta la dominica segunda de octubre, prescribe (1) que se observe esta práctica y se hagan las preces con arreglo á la forma consignada en un librito allí muy conocido, prohibiendo á los párrocos usar de otras preces compuestas por ellos, ó alterar las aprobadas. Autoriza para que puedan llevarse en dichas rogativas imágenes y reliquias de los santos, siempre que haya esta costumbre y tengan la debida aprobacion (2) y en este caso dispone, que si se implora la proteccion del santo ó santos cuyas efigies ó reliquias se llevan en la procesion, se rezará despues de hechas las preces y la bendicion de los campos con agua bendita, la antifona con los versos y la oracion del santo que suelen rezarse en el oficio divino al *Benedictus*, etc., ó sea á los laudes, lo cual tendrá igualmente lugar si la efigie es de la santísima Virgen María, pero en este caso habrá de tomarse la correspondiente á su oficio *in sabbatho*. Indica, por último, que puede darse la bendicion con dicha imagen ó reliquia por más que algunos hayan sostenido lo contrario.

El Ritual romano trae una forma comun para la bendicion de campos y viñas; pero si estos se hallan infestados de langosta, pulgon, hormigas ú otros animales nocivos, convendrá usar la (3) siguiente:

(1) Instit. XLVII.

(2) Así se halla tambien dispuesto en el Ceremonial de obispos, lib. II, capítulo XXXII, núm. 2.

(3) Está tomada del Prontuario para la administracion de los santos sacramentos y bendiciones, escrito por el Excmo. Sr. arzobispo D. Antonio María Claret.

- V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
 R. Qui fecit cælum et terram.
 V. Domine, exaudi orationem meam.
 R. Et clamor meus ad te veniat.
 V. Dominus vobiscum.
 R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Preces nostras, quæsumus, Domine, clementer exaudi, ut qui justè pro peccatis nostris affligimur, et hanc vermium (seu murium, bruchorum, avium, locustarum, vel aliorum animalium) calamitatem patimur, pro tui nominis gloria ab ea misericorditer liberemur; ut per potentiam tuam expulsa, nulli noceant, et hos agros (seu has vineas, aut aquas, aut hos hortos) intactos (vel intactas) dimittant; quatenus quæ ex eis orta fuerint, tuæ Majestati deserviant, et nostræ necessitati subveniant. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

OREMUS.

Omnipotens sempiternæ Deus, bonorum omnium auctor et conservator, in cujus nomine omne genu flectitur, cælestium, terrestrium et infernorum: concede, ut quod de tua misericordia confisi agimus, per tuam gratiam, efficacem consequamur effectum; quatenus hos vermes (seu mures, aves, locustas, aut alia animalia noxia) segregando segreges, exterminando extermines; ut ab ista calamitate liberati, gratiarum actiones Majestati tuæ referamus. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

OREMUS.

Deus, qui famulorum tuorum Moysi et Aaronis ministerio, ab ægyptiis, pro gloria nominis tui locustas, bruchos, cinifes, aliasque plagas (scilicet, justitiæ tuæ in peccatores flagella) avertisti, à filiis quoque Israël prohibuisti: à populo in te credente similes calamitates aufer; ut potentiam tuam et beneficentiam prædicemus. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

OREMUS.

Largiri et conservare fructus terræ dignare, Domine Deus

noster; ut temporalibus gaudeamus auxiliis, et proficiamus spiritualibus incrementis. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

OREMUS.

Oramus te, Domine Deus noster, ut hos agros (aut has vineas, aut hos hortos) serenis oculis hilarique vultu respicere digneris; tuamque super eos (vel eas) mitte bene ✠ dictionem; ut non grando subripiat, non turbo subvertat, non vis tempestatis detruncet, non æstus exurat, non animalia noxia corrodant, neque inundatio pluvie exterminet; sed fructus incolumes, uberesque usui nostro ad plenam maturitatem perducas. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Benedictio Dei omnipotentis Patris, et Filii ✠, et Spiritus Sancti descendat et maneat super hos agros (aut has vineas, aut hos hortos) et eorum fructus. R. Amen.

«Acto seguido rociará el campo con agua bendita.»

«Si estos animales nocivos tomasen mucho incremento y causasen grande daño, podrá el clero, acompañado del pueblo, ir en procesion, como en el día de S. Marcos, al lugar en donde se hallan estos animales: llegados allí, rociarán el lugar con agua bendita, cantando segun el tiempo la antífona *Vidi aquam*, ó bien *Asperges me*. Despues se leerán ó cantarán los cuatro siguientes Evangelios, volviéndose en cada uno de cara á una parte del mundo.»

Sequentia sancti Evangelii secundum (c. II) Matthæum.

R. Gloria tibi, Domine.

Cum natus esset Jesus in Bethlechem Juda in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Jerosolymam, dicentes: Ubi est qui natus est rex judæorum? vidimus enim stellam ejus in oriente, et venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex, turbatus est et omnis Jerosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum et scribas populi, sciscitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei: In Bethlechem Judæ: sic enim scriptum est per Prophetam: Et tu, Bethlechem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israël. Tunc Herodes, clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis: et mittens

illos in Bthlehem, dixit: *Ite, et interrogate diligenter de puero: et cum inveneritis, renuntiate mihi, ut et ego veniens adorem eum. Qui cum audissent regem, abierunt. Et ecce stella, quam viderant in oriente, antecedit eos, usque dum veniens, staret supra ubi erat puer. Videntes autem stellam, gavisunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, et procidentes (Aqui se hincan de rodillas.) adoraverunt eum. Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus et myrrham. Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam.*

Sequentia sancti Evangelii secundum (c. XVI) Marcum.

R. Gloria tibi, Domine.

In illo tempore: *Recumbentibus undecim discipulis, apparuit illis Jesus, et exprobravit incredulitatem eorum, et duritiam cordis: quia iis, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient: linguis loquentur novis: serpentes tollent: et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, et bene habebunt. Et Dominus quidem Jesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, et sedet à dextris Dei. Illi autem profecti, prædicaverunt ubique, Domino cooperante et sermonem confirmante, sequentibus signis.*

Sequentia sancti Evangelii secundum (c. I) Lucam.

R. Gloria, tibi Domine.

In illo tempore: *Missus est angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen virginis, Maria. Et ingressus angelus ad eam, dixit: Ave, gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus, et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei: Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum: ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesus. Hic erit magnus, et filius Altissimi vocabitur: et dabit illi Dominus sedem David patris ejus: et regnabit in domo Jacob in*

æternum, et regni ejus non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus, dixit ei: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, et ipsa concepit filium in senectute sua: et hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

Initium sancti Evangelii secundum Joannem.

R. Gloria tibi, Domine.

In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est, in ipso vita erat, et vita erat lux hominum: et lux in tenebris lucet; et tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum: non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est; et mundus eum non cognovit. In propria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. (Aqui se hincan de rodillas.) Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis: et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre, plenum gratiæ et veritatis.

R. Deo gratias.

Bendicion de tierra sembrada ó plantada.

- Ÿ. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
- R. Qui fecit cælum et terram.
- Ÿ. Domine, exaudi orationem meam.
- R. Et clamor meus ad te veniat.
- Ÿ. Dominus vobiscum.
- R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Benedicat nos Deus, Deus noster, et terræ nostræ ubertatem concedat, in centuplum amplifcet fructus ejus, ut venientes in exultatione, manipulos nostros colligamus. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Acto seguido se (1) rocía con agua bendita.

Bendición de palomas, gallinas y demás aves domésticas.

Y. *Adjutorium nostrum in nomine Domini.*
R. *Qui fecit cælum et terram.*
Y. *Domine, exaudi orationem meam.*
R. *Et clamor meus ad te veniat.*
Y. *Dominus vobiscum.*
R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Deus æternæ, ante cujus conspectum assistunt Angeli, et cujus nutu reguntur universa; qui etiam necessariis humanæ fragilitati tua pietate consulere non desinis, te humiliter imploramus; ut habitaculum istud illa benedictione perfundas, qua per Angelum stantem in sole mandasti omnibus avibus dicens: venite et congregamini ad cœnam magnam Dei; ut semper hic tuæ benedictionis copia redundantes, laudes tibi referant servi tui; qui das escam omni carni, et imple omne animal benedictione, Salvator noster. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. R. Amen.

OREMUS.

Deus universæ creaturæ, qui inter cæteras diversarum creaturarum species, et pro humani generis usu, etiam volatilium genus producere dignatus es, ex quibus Noe de arca egrediens, holocausta tibi offerens placuit, et qui populo tuo ex Ægypto educto per Moysen servum tuum munda ab immundis segregans edendi præceptum dedisti: te suppliciter rogamus; ut has mundarum avium carnes benedicere, et sanctificare digneris, ut quicumque ex eis

(1) Está tomado de la citada obra del Excmo. Sr. Claret.

comederint, benedictionis tuæ abundantia repleantur, et ad æternæ vitæ gaudia pervenire mereantur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Se rocía (1) con agua bendita.

Bendición de caballos y otros animales

Y. *Adjutorium nostrum in nomine Domini.*
R. *Qui fecit cælum et terram.*
Y. *Domine, exaudi orationem meam.*
R. *Et clamor meus ad te veniat.*
Y. *Dominus vobiscum.*
R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Deus refugium nostrum, et virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus, auctor ipse pietatis, et præsta: ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

OREMUS.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui gloriosum beatum Antonium variis tentationibus probatum, inter mundi hujus turbines illesum transire fecisti: concede famulis tuis, ut et præclaro ipsius proficiamus exemplo, et à præsentis vitæ periculis ejus meritis, et intercessione liberemur. Per Christum Dominum nostrum.

OREMUS.

Benedictionem tuam, Domine, hæc animalia accipiant, qua corpore salventur, et ab omni malo per intercessionem beati Antonii liberentur. Per Christum Dominum nostrum.

En seguida (2) se asperja con agua bendita.

Bendición contra los gusanos, langostas, orugas y ratones.

Antiph. Exurge Domine, adjuva nos, et libera nos propter nomen tuum.

(1) Tomado de dicha obra del Excmo. Sr. Claret.

(2) Está tomado de Benedicto XIV, instif. XLVII, párrafo 1.º

Psalm. Deus auribus nostris audivimus, patres nostri annuntiaverunt nobis.

- ŷ. *Gloria Patri, etc, y seguidamente se repite la antífona.*
 ŷ. *Adjutorium nostrum in nomine Domini.*
 R. *Qui fecit cælum et terram.*
 ŷ. *Domine, exaudi orationem meam.*
 R. *Et clamor meus ad te veniat.*
 ŷ. *Dominus vobiscum.*
 R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Preces nostras, quæsumus, Domine clementer exaudi, ut qui justè pro peccatis nostris affligimur, et hanc murium (vel locustarum, bruchorum, vel vermium) persecutionem patimur, pro tui nominis gloria ab ea misericorditer liberemur; et tua potentia procul expulsi (vel expulsæ) nulli noceant, et campos, agrosque nostros in tranquillitate, ac quiete dimittant, quatenus ex iis surgentia, et orta tuæ Majestati deserviant, et nostræ necessitati subveniant. Per Christum Dominum nostrum.

R. *Amen.*

OREMUS.

Omnipotens sempiternæ Deus, omnium bonorum remunerator, et peccatorum maximus miserator; et in cujus nomine omnia genuflectuntur, cælestia, terrestria, et infernalìa; tua potentia nobis peccatoribus omnipotenter concede, ut, quod de tua misericordia confisi agimus, per tuam gratiam efficacem consequamur effectum: quatenus hos pestiferos mures (vel locustas, bruchos seu vermes) per nos servos tuos maledicendo maledicas, segregando segregas, exterminando extermines, ut, per tuam clementiam ab hac peste liberati, gratiarum actiones majestati tuæ libere referamus. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Exorcizo vos pestiferos mures (vel locustas, bruchos seu vermes) per Deum Patrem omnipotentem ☩, et Jesum Christum filium ejus ☩, et Spiritum Sanctum ab utroque procedentem ☩, ut confestim recedatis à campis, et agris nostris, nec amplius in eis habitetis, sed ad ea loca transeat, in quibus nomini nocere possitis; pro parte

omnipotentis Dei, et totius curiæ cælestis, et Ecclesiæ sanctæ Dei vos maledicens, ut quocumque ieritis, sitis maledicti (vel maledictæ) deficientes de die in diem in vos ipsos (vel ipsas) et decrescentes, quatenus reliquiæ de vobis nullo in loco inveniantur, nisi necessarie ad salutem, et usum humanum. Quod præstare dignetur, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. R. Amen.

Seguidamente se asperjan con agua bendita (1) los lugares infestados.

Bendicion de caminos de hierro.

El clero, desde la iglesia más próxima ó desde algun lugar preparado al efecto, se dirige á la estacion de la via férrea cantando ó rezando lo siguiente:

ANTIPH. *In viam pacis et prosperitatis dirigat nos omnipotens et misericors Dominus: et angelus Raphaël comitetur nobiscum in via, ut cum pace, salute et gaudio revertamur ad propria.*

CANT. *Benedictus Dominus Deus Israel, etc.*

Quando hayan llegado á la estacion, el obispo ó sacerdote constituido en alguna dignidad eclesiástica, despues de repetir la antífona, entonará:

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.

Pater noster, secreto.

ŷ. *El ne nos inducas in tentationem.*

R. *Sed libera nos à malo.*

ŷ. *Salvos fac servos tuos.*

R. *Deus meus sperantes in te.*

ŷ. *Mitte nobis, Domine, auxilium de Sancto.*

R. *Et de Sion tuere eos.*

ŷ. *Esto nobis, Domine, turris fortitudinis.*

R. *A facie inimici.*

ŷ. *Nihil proficiat inimicus in nobis.*

R. *Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.*

ŷ. *Benedictus Dominus die quotidie.*

R. *Prosperum iter faciat Deus salutarium nostrorum.*

ŷ. *Vias tuas, Domine, demonstra nobis.*

(1) Tomado de Benedicto XIV, Instit. XLVII. párrafo 2.º

- R. *Et semitas tuas edoce nos.*
 V. *Utinam dirigantur viæ nostræ.*
 R. *Ad custodiendas justificationes tuas.*
 V. *Erunt prava in directa.*
 R. *Et aspera in vias planas.*
 V. *Angelis suis Deus mandavit de te.*
 R. *Ut custodiant te in omnibus viis tuis.*
 V. *Adjutorium nostrum in nomine Domini.*
 R. *Qui fecit cælum et terram.*
 V. *Domine, exaudi orationem meam.*
 R. *Et clamor meus ad te veniat.*
 V. *Dominus vobiscum.*
 R. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui omnia elementa ad tuam gloriam, utilitatemque hominum condidisti; dignare, quæsumus, hanc viam ferream, ejusque instrumenta bene ✠ dicere, et benigna semper tua providentia tueri; ut dum famuli tui velociter properant in via, in lege tua ambulantes, et viam mandatorum tuorum currentes, ad cælestem patriam feliciter pervenire valeant. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

OREMUS.

Propitiare, Domine Deus, supplicationibus nostris, et bene ✠ dic currus istos dextera tua sancta, adjuuge ad ipsos sanctos angelos tuos, ut omnes qui in eis vehentur, liberent et custodiant semper à periculis universis: et quemadmodum viro Æthiopi super currum suum sedenti, et sacra eloquia legenti, per levitam tuum Philippum fidem et gratiam contulisti; ita famulis tuis viam salutis ostende, qui tua gratia adjuti, bonisque operibus jugiter intenti, post omnes viæ et vitæ hujus varietates æterna gaudia consequi mereantur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Acto seguido se asperja la via y los carros con agua bendita y se dice el *Te Deum* con (1) la oracion *Deus cujus misericordie*, etc.

(1) Dicha fórmula de bendicion de caminos de hierro, así como la que se pone á continuacion para la bendicion de telégrafos, fueron aprobadas por su Santidad en 6 de abril de 1865 en la forma que lo habia hecho ya la sagrada congregacion de Ritos. Actas, tomo I, pág. 114.

Bendicion de telégrafos.

El clero, desde la iglesia más próxima ó desde algun otro lugar destinado para esto, irá hasta la estacion del telégrafo cantando ó rezando el cántico: *Benedictus Dominus Deus Israel*; y cuando hubiere llegado á dicha estacion, el obispo ó sacerdote constituido en alguna dignidad eclesiástica entonará la antifona siguiente:

ANTIPH. *Benedictus es, Domine, qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambulas super pennas ventorum, qui facis angelos tuos, spiritus et ministros tuos ignem urentem.* Despues de la cual dirá el salmo CIII: *Benedic anima mea Domino, ut in sabbato ad matutinum*; y repetida la antifona, empezará la bendicion en esta forma:

Adjutorium nostrum in nomine Domini.
Qui fecit cælum et terram.
Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Concede nos famulos tuos, quæsumus, Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere, et gloriosa Beatæ Mariæ semper virginis intercessione, à præsentis liberari tristitia et æterna perfrui lætitia. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

OREMUS.

Deus, qui ambulas super pennas ventorum, et facis mirabilia solus; concede, ut cum per vim huic metallo inditam fulmineo ictu celerius huc absentia, et hinc alio præsentia transmittis, ita nos inventis nobis edocti, tua gratia opitulante, promptius et facilius ad te venire valeamus. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Seguidamente se asperja al telégrafo (1) con agua bendita.

(1) Actas, tom. I, pág. 113.